

IN H. GROTII
ADAMVM EXVLEM
TRAGOEDIAM.

Qui Sophoclen Senecamque legis; quid præter Homeri
Somnia, res fictas, & mera monstra legis?
Quàm jatius Tragicis digna argumenta Camænis
Condere, de Sacris hausta voluminibus;
5 Artificesque alio Juras vincire Cothurno!
Eveniat nobis hic aliquando furor.
Qualem de tenero moditatus GROTIUS ungue,
Æthereo plenum Numine Syrma trahit.
Hic Sphynx nulla tibi, nulla hîc miracula Scyllæ
10 Occurrent Hominem GROTIÀ Musa sonat.
Mortiferum hîc vetitâ decerptum ex arbore pomum,
ADAMI lapsus, EXSILIUMQUE leges:
Nunc primum (eu) Latio donati atque arbe Quiritum:
Debita quæ Civi Gloria sola meo:
15 Qui Phœbo DELPHISQUE suis, nec Consule tantum
Patre, sed & MAGNI Nomine dignus ovat.
MACNE (inquis:) Quid, si ordo tibi, si spiritus ac vis,
Si vocum ac rerum pondera nota forent?
Quæ simul ac noris, peream, nisi mirabundus
20 Mox clames; Fastus SCOTIA pone tuos.
Ardua res, IEPHTEN Scenæ ostentâsse Latine,
Plus matri nunquam debuit illa suæ.
Majus opus, primos PARADISO eduxit Parentes.
Hei mihi, quàm dispar huic status ille fuit!
IANVS DOVSA NORDOVIX.